



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Praxis Episcopalis

In Qva Episcoporum Non Tantvm, Eorumqve Vicariorum munus; sed  
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum  
ac dubiorum indies occurrentium Resolvtiones ... quàm brevissimè  
continentur

**Zerola, Tommaso**

**Coloniae Agrippinae, 1680**

Praescriptio.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10421**

vide Innocent. in cap. ex parte, numer. 3. de verb. signif.

Quartò, Prælatus successor an possit revocare contractum à suo prædecessore? vide Vincen. de Franch. decis. 163. n. 8. & 14. circa feudum concessum à prædecessore ante traditam possessionem, videllern. in cap. si dominus, qui investivit, & c. si quis, in ver. fuerit, numero 2. Rubr. qui success. teneantur, & c. si verò Archiepiscopus, numero 2. eadem Rubr. vide Dyn. in Reg. Is qui, numero 5. & ibi addit. in litera E. de reg. iur. libro sexto.

Quintò, Prælatus successor potest petere fructus malè consumptos per Prælatum prædecessorem. Vinc. de Franch. decis. 107. numero 13.

Sextò, Prælatus an possit conferre beneficia ad suam collationem spectantia, vel præsentare ad jus patronatus, & sic etiam patronus laicus antea quàm accipiat possessionem, vide, & distingue cum Rebuff. pract. benef. tit. de sim. in resignat. numero 25. & infra, & Roc. de Corte. tract. de iure patronat. in ver. ipso, vel 15. questio 2.

Septimò, Prælatus quando possit infeudare, vide Hier. in cap. Epif. vel Abbat. batis.

Octavò, Prælato mortuo, custodia eorum pertinet ad Capitulum; Innoc. in c. 1. ut eccles. benef. n. 6.

Nonò, quæ differentia sit inter contractum factum à Prælato, & à Capitulo, circa obligationem successorum: vide eund. Innoc. in cap. nisi essent, de prob. Covar. lib. 2. cap. 15. numero 6. var. resol.

Decimò, Prælatus an possit delegare alteri causam sanguinis, vel ipse esse de-

legatus Principis in dicta causa: vide in cap. Archiepiscopatu. de rapt. & cap. fin. ne cler. vel mon. libro 6. & Covar. in Clem. Si furiosus, 2. pag. 5. si in fine.

Undecimò, Prælatus non potest præjudicare Ecclesiæ tam in acquisitis, quàm in acquirendis, Caputaq. decisio 359. pag. 2.

Duodecimò, Prælato Ecclesiæ collegiæ nullo jure præscriptum est certum tempus, intra quòd teneatur ordinari, & monitus tenetur proximis temporibus promoveri, Navar. cons. 5. numero 1. de a. rat. & qual. nisi habeat curam animarum, c. licet Canon. de cler. lib. 6.

## P R Æ S C R I P T I O.

PRimò, delicta præscribuntur spatio viginti annorù, & sic tollitur accusatio, & officium Judicis de jure civili, Boer. dec. 16 & Diaz. loc. cit. c. 156. & gl. in cap. admonere in v. presentia 33. q. 2. Foller. pract. crim. 1. pag. de form. judic. fol. 102. numero 13. tamen de jure Canon. sunt quædam delicta, quæ nullis temporibus præscribuntur, pater locis citatis.

Secundò, contra Ecclesiæ, contra quam spatio quadraginta annorum præscribitur, incipit currere præscriptio, non à die, seu tempore successoris, sed subducitur tempus, quo vixit Prælatus, qui male alienavit, cap. si sacerdos, 16. questio 3. Guid. Pap. questio 150. idem in hospitalibus, quia eorum bona gaudent privilegio quadragesiæ præscriptionis, Pannorm. in c. accedentibus, in 2. notab. de privileg. & in cap. 1. de restit. in integr. ubi hoc extendit ad omnia loca pia. Baldus

*tract. de præscript. l. p. 5. prin. fol. 226. numero 6.*

Tertiò, in præscriptione requiruntur quatuor, nempe, bona fides, justus titulus, & perseverantia in bona fide semper. Adde quintum, & possessio, s. papastica, Gom. *in cap. 1. notab. ulim. de præscript. libro 7.* patet per Doctores, *in cap. vigilanti, & cap. fin. de præf. Cov. libro 1. cap. 17. numero 8. ver. 10. var. resol. Soto libro 4. questio 5. articulo 4. de just. & jure.* Hinc fit, quòd si aliquis bona fide possederit aliquem fundum spatio decem annorum inter præsentem, viginti seu triginta inter absentes, & quadraginta in Ecclesiasticis, vel centum in Romana Ecclesia, & transacto hoc tempore, incipit habere malam fidem, non teneri ad restituendum, gloss. *in cap. vigilanti, in ver. noverit, in cap. si. in ver. nulla temporis, de præscript. gl. in c. placuit, §. potest, in ver. initio, 16. q. 3. Soto loc. citato, art. ult. Sylv. in ver. usura 6. §. 4. Gom. q. 21. & 42. in fine de trien. possess. Ratio est, quia sufficit habere bonam fidem in principio, medio, & fine temporis, Abb. *in d. c. si. & D. Thomas in Quodlibeto 12. art. 25.* per hoc Caputaquens. *dec. 360. p. 3.* concludit, quòd possidens rem alienam, etiam bona fide, illud sciens ante perfectam præscriptionem, non præscribit, secus si, post, prout hic, & per consequens habens malam fidem, non præscribit etiam per quadraginta annos, & ultra de jure Canonico, cui standum est in hoc. Bald. *loc. citato, 3. p. 6. p. principalis, questio 2.* Caputaquens. *dec. 362.* hoc tamen fallit in beneficialibus, quia quantumcumque quis habuerit injustè posses-*

sionis notitiam, tenetur restituere beneficium: ita Selva *tract. de benef. 3. p. qu. 21. numero 6. circa finem.* secus in præscriptione juris patronatus, Innoc. *in c. cura pastoralis, circa finem, de jure patron. §. 2. ver. 8.* hinc etiam fit malam fidem auctoris nocere successoribus, intellige de successoribus universalibus, non particularibus. Guid. Pap. q. 4. 16. n. 10. ubi multa habes de materia præscriptionis, hinc etiam fit, quòd si quædam debetur humanitatis, vel urbanitatis causa, non præscribitur ullo temporis spatio, quia deficit titulus, *cap. si Epif. 16. questio 3.* ut si presbyteri erant soliti donare singulis annis Episcopo singulas gallinas, non potest Episcopus successor, vel illi si destiterint, illas portare compellere, ita Ioan. Medina, *c. de restit. q. 16. Sylv. in ver. præscript. 1. §. 2.* & idem in vassallis, qui urbanitatis causa munuscula domino obtulerunt, per aliquot annos, illa urbanitas non debet transire in consuetudinem, & gratia in jus debitum, Soto *libro 1. questio 7. art. 2. de just. & jure.* Hippol. *sing. 192.* Doctor. *in c. pervenerit, de censur. & Sylv. in ver. sepultura, §. 2. juxta finem.* Gloss. *in dist. cap. pervenerit, in ver. census.* Innoc. *in c. si diligenti, numero 5. hoc titulo,* quòd dixi de titulo, & bona fide, vide & distingue prout *in c. 1. de præf. lib. 6. & Diaz. in c. 2. num. 25. de reg. jur. eodem libro 6.* Ratio assignatur à Gemin. *in c. 1. ver. pono quòd ubi, de præf. libro 6.* sed vide in 2. parte *in ver. consuetudo, §. 3.* ubi aliter sentitur, & responderetur ad hoc.

Quartò, præscriptio centum annorum, quomodo probetur, vide Capyc *deciso 19. Abb. & Felin. in cap. cum nobis,*

co. 4. post principium, ver. ulterius, de præscript. & Fel. in cap. veniens, il. 2. de testam. & Addit. ad Dyn. in cap. 2. in ver. tituli, de reg. jur. libro 6. ubi habes pulchram practicam, vide Gemin. in cap. 1. ver. sed quero, de præscript. libro 6.

Quintò, præscriptio an interrumpatur sola citatione, vel invalida, vide Tyraq. de utroque retract. tit. I. §. 1. gl. 10. numero 82. & 83. & §. 8. gloss. 2. numero 3. sed non sola contradictione, Abb. in ca. si de terra, num. 7. de privil.

Sextò, contra civitatem non præscribitur, nisi spatio centum annorum, Bal. in leg. fin. C. de sacrosanct. Ecles. Novel. de jure protim. in prin. Const. numero 201. ita etiam contra fiscum, Iser. in cap. de prohibet. feud. alien. num. 51.

Septimò, præscribitur Censui, sive Canon, adeo quòd non solvens, per quadraginta annos, tutus est à solutione, dec. 100. numero 21. Rodan. tract. de reb. Eccl. non alien. questio 79. numero 26. & qui non solvit hoc spatio, liberatur à pensione solvenda. Bal. in leg. competit. de præscript. 30. vel 40. annor.

Octavò, præscriptio an currat in feudilibus, vide Iser. de usib. feud. Rubr. de cap. Corradi, §. præterea, num. 6. & Rubr. de investitura, de re alien. fact. n. 8.

Nonò, an præscriptio habeat locum, ubi contractus fuit nullus, vide eundem loco citato.

Decimò, statuta, decimæ, & privilegia quomodo præscribantur spatio quadraginta annorum, vide text. Gom. & Abb. in cap. accedentibus, de præscript.

Undecimò, majoris virtutis est immemorabilis præscriptio, quàm centenaria,

cap. 1. & ibi gloss. hoc titulo lib. 6. Navar. in cap. si fueraveris, 14. questio 3. numer. 97.

Duodecimò præscriptio non datur in rebus, quæ alienari prohibentur, prout in rebus Ecclesiæ alienatis, vel dotalibus, Dyn. in cap. cum quid, numero 4. & in cap. qua contra, num. 2. de reg. jur. libro 6. & clarè text. in cap. 2. de reb. Eccl. non alien. eod. lib.

Decimotertò, in hac materia præscriptionis cui juri standum est, Canonico, an civili, & prælatus utramque habens jurisdictionem, quo jure judicare debet, vide gloss. in capitulo final. in ver. quam civilis, de præscript. & addit. ad Dyn. in verbo præscribit, de reg. jur. libro 6.

Decimoquartò, quæ res non possint præscribi, in quibus casibus non currit præscriptio, quæ personæ non possint præscribere, & contra quas personas non currit præscriptio, vide gloss. in cap. cum non liceat, in ver. obstante, de præscript. & Speculator in tit. de præscription. & Abb. in cons. 94. in 1. vol. & quanto tempore præscribantur mobilia, & immobilia Ecclesiæ Romanæ, & aliarum Ecclesiarum, (videlicet remissivè) ex quo poteris videre amplè in aliis Doctor. ibi citatis, addit ad Dyn. in cap. 2. in ver. Ecclesiarum, de reg. jur. lib. 6. vide locupletius, Franc. Bal. tract. de præf. 1. p. 6. & ultim. par. fol. 484. ubi enumerat 28. casus, in quibus non currit præscriptio.

Decimoquintò, testes, ut probent immemorabile, ad minùs esse ætatis quinquagintaquatuor annor, ut de visu, quadraginta, Paris. cons. 204. numero 121. libro 1. per gloss. in cap. 1. de præscript. lib. 6.

Caputaquens. *decisio 71. par. 2.*

Decimosexto, an si quis lapsu centum annorum, vel plus invenir instrumentum, quo cautum erat solvi certam quantitatem alicui Ecclesie teneatur illud in conscientia revelare? Respondet Navar, quod sic, *consil. 16. de reb. Eccles. non alien. nec videtur obstare prescriptio in hoc, quia datur restitutio in integr. ignorant. & presertim Ecclesie contra prescriptionem. Felin. in cap. vigilanti, num. 1. & infra de pres.*

Decimoseptimo, quomodo probetur consuetudo, sive prescriptio, circa furnos, & macella, de quibus in *ver. Barones, §. 4.* responderetur ex afflicto. in *constit. magistris, & procuratoribus, notab. 2.* quod si subditi conati sunt illud facere, & prohibiti acquieverunt illi prohibitioni, idem *cap. 1. numero 2.*

Decimooctavo, in prescrip. bonus, vel malus titulus predecessoris potest prodesse, vel obesse successori, sed bona, vel mala fides predecessoris, non potest prodesse vel obesse successori, Gem. in *cap. 1. ver. ulterius querit, de pres. libro 6.* Ratio est, quia successor credere debet suum predecessorem bonam fidem habuisse, *cap. sancimus, 1. quest. 7.*

#### POLLUTIO ECCLESIE.

**P**rimo, fit homicidio. Secundo, sanguinis effusione. Tertio, seminis effusione. Quarto, quando in ea sepelitur excommunicatus, Abb. in *cap. consulisti, num. 1. d. consecr. Eccles. vel Altar.* Quinto, quando consecratur ab Episcopo excommunicato. Sexto, quando parietet repa-

rantur ex vetustate collapsi. Septimo, quando in ea sepelitur aliquis infidelis. Sylv. in *ver. consecrat. Navar. cap. 17. numero 251.*

Secundo, de primo, secundo, & tertio est notandum ex Doctorib. in *cap. ult. de consecrat. Eccles. vel Altar. libro 6.* quod ad hoc, ut Ecclesia dicatur polluta, quinque necessaria sunt, quorum uno deficiente, non dicitur polluta, nec consequenter indiget reconsecratione, vel reconciliatione, sive benedictione. Primo, ut homicidium, sanguis vel seminis effusio sit publica, non enim sufficit, ut sciatu ad duobus vel tribus. Abb. in *cap. signif. n. 2. de adult. & sup.* Secundo, ut sit licita. Tertio, ut sit magna effusio sanguinis. Quarto, ut fiat intra Ecclesiam. Quinto, ut sit voluntaria, ex quo deducitur, quod si homicidium sit causatum, vim vi repellendo, non est polluta Ecclesia, Soto 4. *Sent. distinct. 13. quest. 2. art. 3.* Victor. in *Sum. Saera. quest. 99.* Sylv. in *ver. consecr. §. 5.* Navar. *cap. 27. num. 251.* Secundo, quod effusio sanguinis Clericorum altercantium in Ecclesia paribus, vel ex ore, non causat pollutionem Ecclesie, Selva *tract. de bene. 1. p. quest. 5. num. 128.* gloss. in *d. c. Panorm. in cap. proposuisti, num. 3. de consecr. Eccles. vel altar.*

Tertio, unum notato, quod quando Ecclesia solum est benedicta, succedente pollutione, non opus est reconciliatione Episcopi, sed sufficit sacerdotalis benedictio, cum aqua à se benedicta, quando vero est consecrata, opus est Episcopali reconciliatione, & quando est consecrata, solet apparere ex crucibus rubeis, pictis ad parietes Ecclesie, Abb. in *cap. fin.*